



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 16. Particulam [ou], è quod am loco ex apologia Socratis apud Platonem, delendam videri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

aliorum capturam : ne viderentur a symboli venire ad ea fruenda quæ alieno labore parta essent. Hac ratione mensa sine magno sumptu commodè instruebatur.

Particulam ε, è quodam loco ex apologia Socratis apud Platonem, delendam videri.

CAPVT XVI.

ACCVSATORES Socratis, vt eius orationi fidem detraherent, eamque suspectam iudicibus efficerent, præmonuerant eos, vt cauere sibi: multum enim eum posse dicendo, & habere eam vim eamque calliditatem, vt inferiorem causam dicendo efficeret superiorem. Quare Plato in defensione, quam homini sanctissimo scripsit, ita eum, cupientem amoliri à se illam opinionem, loquentem facit: vt dicat se mirari quid ipsis venerit in mentem id dicere, quod ipse statim re ipsa refutaturus esset: locuturum enim non ornate & exquisitè, sed simpliciter ac populariter, vt solet. itaque sperare, omnes facilè iudicatu-ros, se minimè esse, quod illi dixerant, *δεινὸν λέγειν*. addit deinde: *εἰ μὴ ἄρα δεινὸν καλεῖσιν αὐτοὶ λέγειν, τὸν τ' ἀληθῆ λέγοντα. εἰ γὰρ τὸτο λέγουσιν, ὁμολογῶμαι αὐτῶν ἔγωγε ἔχει τήτους ἔδρηται.* Sed ego ex illo *ἔχει τήτους*, particulam ε, delendam putarem: vt hoc diceret Socrates: si illi fortè aliter acciperent nomen eloquentis, quàm vulgus solet: & eloquentem vocarent non eum qui ornate diceret, sed eum qui vera loqueretur: se tunc falsurum, se non illo vsitato ac populari modo, sed ex ipsorum sententia rhetorem esse. Marsilius tamen illud ε, agnoscit, & alio quodam modo exponit: cui non assentior.

F *Emen-*

Ant. Mieret.
 varia lectiones
 LIB
 25